37

2

¶ Incipit officium ĩmaculate cõceptionis virginis ma rie editum p reuerendum patrem dominum leonarduz nogarolum, prothonotariũ aplicum. Artiũ ac sacre theo-logie doctorem famosissimũ. Et p modernum sũmum pontificem dñm Sixtum papam quartum confirmatũ cum bulla eiusdem et cum bulla sacri concilij Basilieñ.

In primis vesperis antiphona.

Sicut lilium inter spinas sic amica inter filias ade alleluia. psalmus. Dixit dominus. antiphõ. Tota pulchra es ꝛ originalis macula non est in te alla. ps. Laudate pueri. añ. Tu gloria hierusalem tu le-ticia israhel tu honorificentia populi nostri. alleluia. ps. Letatus sum. añ. Vox enim tua dulcis. ꝛ facies illa tua decora nimis alleluia. ps. Nisi dominus. añ. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluẽs ĩnixa sup dilectũ suũ alla. ps Lauda iħlrm. Cap.

Ego diligentes me diligo. et qui mane vigilãt ad me inuenient me. in vijs iusticie ambulabo vt ditem diligentes me. qui me elucidant ha-bebunt vitam eternam. Deo gratias. Responsoriũ.

O Israhel q̃z magna est domus dei ꝛ ingens. Lo-cus possessionis est magnꝰ et excelsus. ℣. Qui scit vniuersa nouit eam ꝛ inuenit eam pruden-tia sua. Locus possessionis Gloria patri. Locꝰ pos.

Hymnus. O sancta mundi domina. ℣. Immaculata conceptio est hodie sancte marie virginis alleluia. Cuiꝰ innocentia cunctas illustrat deuotas animas alleluia.

Super Magnificat antiphona.

Quã pulchri sint gressus tui filia pncipis. collũ tuũ sic turris eburnea. oculi tui diuini. ꝛ come capitis tui sic purpura regis q̃z pulchra es et q̃z decora charissi-ma alleluia. Oratio.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-826/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG